

eatnam totam attraheret, sic etiam patrē simul & filium per eundē spiritum traheret. Et si quis filium tenet, altera quidē patrē, sanctū autē spiritū altera parte tenebit. Fies
ti em non potest, vt in eis sejunctionem aut diuisionem intelligas esse, vt filium sine pa-
tre, vel spiritum sejunctionē a filio, & reliqua, ita patres amplissimi diuinæ personæ se ha-
beri creduntur, vt qui vñā intelligit, alias quoq; percipere necesse habeat. Ex quo plaz
ne consequitur, vt qui patrē intelligit spiritū sanctū producere, is quoq; necessario cre-
dat, eundē spiritū a filio produci. Ne autē oratio nostra incredibilis videatur, eundem
ipsum Basiliū attente audiatis, q; filiū probat habere quæcunq; pater habere credit hoc
excepto, filium non esse patrē. Patrē (inquit) & filium protuli. Has mihi tene proprie-
tates, filius ergo manens in esse filii, & quatenus filius est, omnia est quae pater, iuxta hoc
nostrī domini dictum: Et mea omnia tua sua, & tua mea sunt. Imaginis enim omnia, rei Basilius
sunt existentis, & cetera. Sermo Basiliū, patres optimi, plurimū nostrā sententia con-
uenit. Ergo patri simul & filio cōmune esse videtur, spiritū sanctū producere, mul-
tas quoq; alias rationes asserre poterimus, quibus notissimum fieret, quoniam spiritus ex pa-
tre procedere creditur, necesse esse intelligi, eundē spiritū ex filio quoq; procedere:
sed de his haec tens. Importunū em videtur hac de re in præsentia disputare. Sequenti
igitur sessione de hoc accuratius forsitan agemus. Verum deus optimus maximus viti-
nam tamē contouersiā & medio nostri tollat, ita vt in posterum haud quaq; nobis sit
opus de hac re verba facere. Sed redeo vnde digressus sum, nullam factā fuisse dicebā
additionem, quodā quidē declaratio nulla ratione potest additionē nominari, quæ minor
nostrī syllogismi propositiō fuerat, ad quam quidē probandam, oportebat etiā decla-
rare id quod scīta facile est, spiritū ex filio quoq; produci. Quod ergo symbolo appositiū
esse dicitur, id non additionē, sed potius quædā symboli exppositio ac explicatio est. Nunc
venio ad secundā partē, qua quidē probare promisimus, quicquid sit illud, sive acces-
sio, vt vobis: sive declaratio, vt nobis videtur, id quo minus feri posset, nūquā fuisse
prohibitum. Nam si id esset augmētum, dubio procul foris venisset & extraneum es-
set. Cum autē multis syllabas & dictiones vtricq; restamento, nedum sanctorē patrum
decretis synodorumq; definitionibus, appositā fuisse constet, vt deo fauente probabi-
mus: sequitur, nobis non interdictum fuisse, nec esse, additiones eiusmodi facere, quod
sane si quis negauerit, ls nullo pacto poterit effugere, quin simul concedat, maiores no-
stros, qui symbolo ac maiori suoq; dictis addiderant aliquid, sub anathemate esse. Prae-
terea Paulus inquit: Si quis vobis aliud præterquā quod tradidi vobis, euangelizatus Galat., b
fuerit, anathema sit, ad eū tamen scripta accessiones non paucæ factæ fuerant. Multa
etī Nicēna synodus apostolorū symbolo addidit, multa secundo Niceno, multa de-
niḡ protulit Ephesina, de quibus neq; prima neq; secunda mentionē fecerat. Vt etiū
igitur illis videtur fuisse, symbolo noui quicquā apponere, declarare autē minime, nam
ipsi sere omnes anathemate devincti esse. Præterea, idem apostolus ad Corinthios,
inquit: Litera quidē occidit, spiritus autē vivificat, quos quidē Corinthios incusabat, φ 2.COR. 3.b
accuratiū scripture q; opus esset, inniteretur. Non ergo ea debemus inspicere, quæ vi-
deantur occidere, in quo Iudæi vehemētissime peccant, quippe qui mentē a scriptura
non efferunt, quod a nostris doctoribus mirū in modum reprehēdūt, quorum pri-
mus beatus Gregorius theologus inquit: De nominibus non certabimus, si rem candē
significant. Vester item Gregorius cognomē doctor: Parum (inquit) curo de di-
ctionibus: nō em solū in verbis, verum etiā in rebus apud Gregorij theologum pietas
constitit. Porro autē oratio nostra de dogmate ac de re ipsa fieri videtur, in qua quidē
si conuenerimus, haud quaq; in dictiōibus discrepabimus. Siquidē igitur tantus docto-
r de dictiōibus non curauit, nobis profecto multa minus de eisdē esse curæ deberet, sed
suo loco diligēter tractabit, an cōcilia prohibuerint, vt dictiōnū hmōi nulla prorsus
additio fieret. Satis em nobis in p̄ntia fuerit, si constiterit, cur ḥ̄ay ac syllabaz accessio
refellenda non sit, qua in re hoc manifesto utar exemplo, nam ipsi symbolum latine
proferimus, vos autem Græce, aliq; vero lingua sua, sed quoniam idem omnes senti-
mus, ideo nullum ex eo inconveniens potest accidere. Verum dialectico argumento
agamus, qđ etiā bonis līs mediocreriter eruditis patet. Oēs scientiæ propriā, propria,
hoc est, pronuntiata, vel vt dialektice loquar, principia vel dignitates habent, que tam
etī multa potestate contineant, ac in seipsis sua facultate plures conclusiones includant,

Basilius

Iohann. 17.b

Gregorius
Thenlo.
Gregorius
Palamas

YYYY

gas tamē